



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

more pariter & dolore absorpta purissimū in manus creatoris spiritum efflauit.

MARTYRIUM SS. MAXIMI ET OLYMPIADIS, qui passi sunt in Perside ciuitate Corduena, vt docet Baronius.

Vo tempore Christiana pietas in Perside aduersus Decij tyrannidē inuicta permanebat Olympiades & Maximus, viri cū generis nobilitate tum pietate admodū insignes Decio Imperatori in ciuitate Corduena oblati sunt. Qui cū incredibili tunc temporis in Christianū nomen furore incandesceret, iussit eos, præterita vilitate iudicij ratione, fustibus cædi. Cumque in tormentis sine vlla doloris significatione inuicti persisterent, Decius ira vehementiùs inflammatus: Pandite, inquit, nobis facultates vestras. Cui protinùs Olympiades: Equidem libenter id faciemus: nostræ enim facultates & aurum & gemmæ Christus est. Ad hunc igitur accedito & verbis diuitijs abundabis. Terrenas enim & perituras facultates ignoramus: corpora verò hæc olida tibi laniana tradimus, animas certe prohibere non poteris quò minùs ad suum creatorem abeant. Decius hæc audiens multò vehementius fustibus & plumbatis cædi eos iussit. At martyres magis confortati exclamabant. Fac quod facis, & noli cessare. munda quod sordidum est. Decius tanta verborum contumelia, vt putabat, lacessitus, tradidit eos Vitellio Amisio vicario excarnificandos, qui furore plenus iussit eorum capita securibus tundi donec scælici agone impollutū Deo spiritum traderent. Deindè sacra corpora canibus deuoranda reliquit: sed canes pio obsequio, Vitellij impietatem damnantes, custodes corporum se prebuerunt;

15. Aprilis.

Maximus & Olympiades Decio oblati.

Vere diuitijs Christus.

Cæduntur plumbatis.

Traduntur Vitellio Amisio.

Canes corpora deuorant.

eorum cu-
sodiunt.

buerūt; adeo vt lugubri etiam mugitu mortem
rum deplorarent. Itaque post dies quinque
stiani quidam nobiles, qui Abdon & Sennes
ei fuisse perhibentur, ea collegerūt, collectaque
norificē in domo sua sepelierunt duodecim
lendas Aprilis.

VITA S. PATERNI EPISCOPI

rincensis. ex ea que est optima fide apud
Numeratur quartus Abricēsis Sedis Episcopus
ruit circa annum Domini quingentesimum
simum, temporibus Childeberti regis Francorum

16. Aprilis.

Patria & pa-
rentes eius.

Beatissimus Paternus apud Pictauios,
niā oppido, parentibus & generis nobilitate
& publica administratione cōspicuis
natalium splendorem vitæ & morum claritate
cit, Iulita matre, iam ab annis duobus vidua,
honestissimē educante.

Monasticā
vitam com-
plectitur.

In ipsa verò tenera ætate cęlesti inspiratione
motus, religiosæ vitæ frenos sibi spontē
monasterio Enixionensi Dominicæ seruitutis
& habitu monastico suscepto. Vbi sanē non
ra de se iudicia dedit idoneum se fore, cui
agente prouidentia, pontificatūs functio &
marum rerum administratio quandoque
daretur.

In ipsa adolescentia ad sublimiora sancti
studia aspirans, cum non fideret sibi ipsi
tatis teneritudine, cum Scubilione eiusdem
monacho, pro Christi amore relictis parentibus
pago Constantino cōstituit peregrinus degerat
que nihil præter Psalterium secum accipiens
profecti sunt. Ambobus verò propter capere
Solitudinem insulam quandam adire cupierunt